

2764.

# EXEMPLAR PA

CIS PERPETVÆ: VERVM: AC ORI-  
ginali suo concordans: Inter reges: Regnumq; Polo-  
niæ, eiusdemq; principes tam Ecclesiasticos: q̄ Secula-  
res: aliosq; status ex vna: & Magnum Magistrum  
Prussig: Necnon Magistros Alemanix, Italiæ: & Li-  
uoniæ: Theutonici ordinis: eorundemq; præceptores,  
attinentes, ac subditos: & ipsorum hæredes: ac succes-  
sores ex altera: partibus: Regnū Poloniæ: totamq;  
prouintiam Prussix, ac ytriusq; pertinentias  
Concernentis: Anno à Christo nato:  
M.CCCC.XXXVI. erectæ,  
ac initæ: plus quàm du-  
centis sigillis muni-  
tæ: ac robo-  
rata.

ADNEXIS DVABVS QVIT-  
tantijs plenariam huius pacis adim-  
pletionem: ac perfectionem  
attestantibus.

EXCVSSVM AVGVSTÆ PER  
PHILIPPVM VLHARDVM.

M. D. XLVIII.

IN, NOMINE DOMINI AMEN.

Ad perpetuam rei memoriam conuenit actus hominum; qui vetustate cadunt, & successu temporis in obliuionem vertuntur, Solidis scripturarum & testamentium fundamentis cōmendare, in quorum custodia nullis marcescunt temporibus; sed semper iugis perhenatione memoriæ incommutabiles seruantur.



ROINDE NOS VVLADIS, laus dei gratia Rex Poloniae, necnon terrarum Cracouiae, Sandomiriae, Siradiae, Lancitiae, Cuiuuuie Lithuuuiae Princeps, Supremus, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres &c. Et Sigismundus magnus dux Lithuuuiae et terrarum Russiae &c. Significamus tenore presentium, quibus expedit vniuersis presentibus & futuris presentium notitiam habituris. Quomodo cum diuini dispensatione Consilij ad hoc regni recepimus gubernacula, ad hoc quoque tantum in terris obtinemus principatum, ut propensiori cura et vigilantia nostra semper studia extendamus, perque pacis desideranda tranquillitas inter Christifideles, ex quorum discordia non solum terrarum et urbium, sed prouintiarum atque regnorum resultant excidia, prout in plerisque lugenda atque calamitosa exempla mortalibus exhibent argumenta procurari queant, & procurata auctore pacis de throno suae ineffabilis Maiestatis atque potentiae

A ij



ESTICA

A 2764

concludi, & medijs salutaribus stabiliri, ac extolli foeli  
cibus incrementis, & attendentes, q̄ non nisi in pace  
pacis opifex Deus perfecte coli valeat, & ea nihil in  
mundo exoptari possit preciosius aut desiderabilius  
concupisci. Hinc etiam q̄ nos non absq̄ interna com-  
passione et graui cordis amaritudine recētes. Quot  
& quanta mala ex guerris et dissensionibus procedāt,  
quotq̄ ex cōtentionibus et bellis, si ea mortales agant,  
odia hominum non sine etiam animarum et æternę sa-  
lutis dispendijs ac excidijs ciuitatum, prouinciarum,  
& terrarū, ac in illis degentium interitus subsequātur,  
diuinus deperit cultus, & sanguinis effusio oriatur.  
Cumq̄ talium discordię atq̄ bella, non solū se, suosq̄,  
sed etiam plurimos alios tractura sunt, verisimiliter in  
præcipitium et ruinā, Propterea supremis affectibus  
exoptantes, ut nō crescant iurgia, sed iuxta magistrā  
bonorum omnium Charitatem, quæ nihil sapit extra-  
neum, nil asperum, nil confusum, imo propria uirtute  
nutrit concordiam, dissociatos iungit, pacem et vnita-  
tem consolidat.

Ad laudem et gloriam omnipotentis dei, & beatę  
Marię virginis gloriosę, totiusq̄ cœlestis Ierarchię  
propagationem, fidei cultū iustitię, & religionis Chri-  
stianę salutiferum incrementum, a guerrarum deflen-  
dis exitijs, displicentijs, odijs, rancoribus & offensis,  
inter nos VVladislaum Regem Polonię &c. Sigis-  
mundum magnū ducem Lithuauię &c. prædictos,  
& inclitum Casimirum germanum nostrū, Semouit-  
thum Casimirum, VVladislaum, Boleslaum Mazo-

uię, ac Boguslaum Stolpeñ: et Pomeranię duces re-  
gnum Polonię terras nostras magni ducatus Lith-  
uauię, Russię, Mazouuię, Stolpeñ: et VVoeuadā,  
Moldauuię, et alia dominia nobis subiecta ex vna, &  
magnificum ac religiosum dominū, Paulum de Rus-  
dorf ordinis beatę Marię theutonicorū Iherosolimi-  
tani, et ordinem suum, ac terras eiusdem ordinis Prus-  
się, Alemanię, Liuuonię, & alias omneseis subiectas:  
parte ex altera, non sine graui offensione et iactura ex-  
ortas, nostrę mentis propositum retrahere decreui-  
mus, & ea quę durantibus huiusmodi cōtrouersiarum  
et guerrarum turbinibus circa bonū Reipublicę sunt  
diruta et destructa, per pacis integritatem, ad statum  
cupientes deducere quietum et tranquillum cum eis-  
dem magistro fratribus et ordine ipsius terris Prussię  
Alemanię et Liuuonię subditis et sequacibus eorun-  
dem perpetuę pacis et inuiolabilis fœderis vnionem  
elegimus, assumpsimus, suscepimus, assumimus et ini-  
mus tenore præsentium mediante omni tempore per-  
petuē duraturā. Quam sub fide et honore, et iuramen-  
tis corporaliter præstitis sine dolo et fraude, promitti-  
mus tenore præsentium obseruare, et ut ipsa vnio cum  
tanta deliberatione et maturitate concepta ad firmum  
& constantem ordinem iugiter seruandum reducatur  
ipsam, per articulos infrascriptos duximus omnino re-  
gulandam.

In primis q̄ inter nos Regem, magnum ducem, et  
duces prædictos regnū Polonię, ducatum magnum  
terras Lithuauię, Samagitorum, Russię, Mazouię,

Stolpen: Moldauiaꝝ & aliorum dominiorum et subditorum nostrorum, ab una, & prædictum magistrū generalem et ordinem, terras et subditos ipsius tam in Prussia, Almania ꝑ̄ Liuuonia et Nouamarchia parte ex altera, omnes dissensiones, controuersie, & damna inter partes hinc inde facta, dimissa & totaliter sopita debent esse, nec illorum de cætero aliqua mentio aut memoria & signanter in querelis aut in detractatione partium corā quibuscunq; personis habeatur aut fiat, sed nec una partium ad infamiam alterius partis suggeret, consentiet, auxilium dabit, & fauorem publice uel occulte, et quantum in ea parte fuerit delationes et detractationes huiusmodi fieri non admittet, sed potius prohibebit.

Item ꝑ̄ omnia bona ecclesiarū Gnezneñ; VVladislauieñ; Ploteñ; & Posnauieñ; prælatorū, abbatum monasteriorum cōuentuum, et aliarum quorūcunq; personarum secularium et religiosorum, quæ sunt in terris ordinis prædicti situata, debent circa iura omnia tã ecclesiastica ꝑ̄ secularia, & omnes antiquas consuetudines, questus, decimas, castra, uillas, prædia, curias, & alias utilitates, emolumenta, & prouentus quibuscunq; nominibus nuncupentur conseruari, nec aliquibus nouis consuetudinibus, seruitijs et oneribus aggruari. Quodq; eadem bona non alienentur, nec pro eorum alienatione instetur per partes sine consensu prælatorum speciali, Omnes autem census, decimas, prouentus, & alias obuentiones qualescunq; in terris, ordinis consistentes, quos & quas magister & ordo prædicti

reuerendissimis in Christo patribus dominis archiepiscopo Gnezneñ; VVladislauieñ; et Ploteñ; Episcopis alijsq; prælati secularibus & regularibus regni Poloniae per biennium subleuarunt, plene & integre restituant, et restitui faciant medietatē infra hinc et festum purificationis Mariæ, reliquam aut partem ad festum Pascae proxime nunc affuturum in ciuitate Thornieñ; quitationibus de solutione à præfatis prælati receptis, et ꝑ̄ bona, census & decimæ reuerendi patris domini VVladislai episcopi VVladislauieñ; nouiter & quomodolibet arrestata relaxentur.

Item ut omnis suspitio & hostilis respectus hinc inde inter nos & partem magistri generalis et ordinis sui in totum euellantur, uolumus quod lige confœderationes & inscriptiones quæcunq; sunt aut fuerūt, inter magistrum generalem, præceptores per Almaniã & Liuoniam & ordinem ipsorum prælatos nobiles, ciues & subditos ipsorum cum duce Boleslao alias Suuidrigal prælati ducibus Boyaris & subditis terrarum Lithuuauie, Samagittie & Russiae factæ, debent esse cassæ, inanes, irritæ, & in nihilum redactæ.

Ipsiq; magister & ordo, Prelati, nobiles, ciues, & subditi ipsorum debent præfatum ducem Suuidrigal deserere & dimittere perpetuis temporibus & nunq; magno duci Lithuuauie & Russiae auxilia & consilia contra nos & successores nostros & regnum nostrum ac etiam præclarum principem dominum Sigismundum magnum ducem Modernum, magnū ducatum Lithuuauie præstabunt, nec aliquas ligas, suggestio-

nes & confederationes in damnum nostrum aut regni  
facient in perpetuum cū eisdem immò nec aliquem  
aliū tenere & reputare debent p̄ magno duce Lithu-  
uauia & Russia, nisi qui cum nostro consensu & re-  
gni, quemadmodū præfatus Dux magnus Sigismun-  
dus modernus est electus iuxta dispositionē dudum  
factam inter regnum Poloniae & terras Lithuauia  
electus sit et positus in ducatum, nec etiam permittent  
ipsum Suuidrigal de terris, seu per terras & dominia  
ordinis ipsorum damna aut impedimenta regno coro-  
nae nostris magno ducatu Lithuauia, et ducatibus  
prædictis inferre, nec ipsum publice uel occulte per se  
uel submissas personas iuuare aut subleuare quouis  
modo.

Item ut huiusmodi pacem perpetuam & concor-  
diam sub certiori attentionis firmitate & robore custo-  
diamus & seruemus; promittimus sine dolo & fraude  
sub fide & honore ac onere præstiti iuramenti. Quod  
ad nullius hominis uiuentis requisitionem, inductio-  
nem, suggestionem, persuasionem uel mandatū etiam  
quacūq; dignitate præfulgeat papali imperiali uel rega-  
li, aut cuiuscūq; congregationis legitime personarum  
ecclesiasticarum uel secularium debemus uel poteri-  
mus cōtrauenire ipsis, in parte uel in toto expresse ma-  
nifeste uel occulte per se uel alias quascūq; personas  
submissas spirituales uel seculares, neq; eas taliter aut  
quocūq; modo uiolare, etiamsi Modernus imperator,  
aut successores sui imperatores personaliter cum exer-  
citu contra magistrum & ordinem se moueret, non de-  
beamus

beamus ei nec successores nostri assistere; opere, consi-  
lio, auxilio uel fauore.

Item q̄ medius fluuius Druuantza sit limes inter  
regnum nostrum & terras ordinis, nec fiat in eodem  
fluuiō aliquod molendinum in limitibus et ripis com-  
munibus, et præcipue in loco Lubitz dicto in quo ali-  
as factum fuerat, sic q̄ idem fluuius suum antiquum  
meatū habeat, quodq; residuum aggeris vna cū pon-  
te maneat sine omni clausura diurna et nocturna, pro-  
strata publica, nec nouum molendinum ibidem de-  
inceps erigatur, quo per descensum intrante fluuiū  
VVisla, iterū descendendo per VVislam inferius,  
ipse medius fluuius VVisla erit, iterum limes inter  
regnum Poloniae et terras magistri et ordinis Prussiae  
cum omnibus suis insulis piscaturis, iuribus et obuens-  
tionibus vniuersis, nullis exclusis penitus et exceptis,  
vsq; quo ipsa medietas prædicti fluuii VVisla, tanget  
locum limitum quem quondā serenissimus princeps  
dominus Cazimirus diuæ memoriæ Rex Poloniae  
cum magistro Prussiae dicto dussmar inter terras Bid-  
gostien; & Pomeraniae certis literis & signis notabili-  
bus limitauit, descripsit & distinxit castro Iassyenetz  
in terris ordinis remanēte, ita tamē q̄ castrū Nyesho-  
ua cum suo territorio & uillis Murzinouuo, Orlo-  
uuo, Noroauuies, et alijs uillis, molendinis ac usib.  
ad dictum castrum & territorium cum omnibus ca-  
stris & territorijs; ac uillarum prædictarū borris, sil-  
uis, et utilitatibus aquis quoq; et earum decursibus cū  
pleno & totali dominio, ac cum medietate nauigij in

flumine VVysla et eius prouentibus ac insulis et piscaturis; iuribus, libertatibus oibus et singulis ad ipsa spectantibus ab antiquo, nullo penitus alicui præter nos et coronam regni Poloniae iure in eisdem Castro & territorio et uillis reseruato remaneat; circa nos & coronam regni Poloniae perpetuæ et in æuam. Sic tamen q̄ nulli subditorum saluo censu debito, & solui consueto per hanc cessionem in iuribus ipsorum, in insulis & molendinis præiudicium generetur, Et si nos in iuribus eorum ipsos tollerare noluerimus, Ex tunc licitum sit nobis iuxta antiquam taxam prout ab antiquo inter se uendere consueuerunt huiusmodi iura comparare et soluere, Quemadmodum serenissimus princeps diuæ memoriæ dominus VVladislaus genitor noster Charissimus & Corona Poloniae pacifice & quiete tenuit, à tempore concordie circa lacū Melno iacentem in terris ordinis inter castra Radzyn et Rogosno circa flumen Ossa die Sancti Stanislai Episcopi & Martyris de mense Septembris factæ; usq̄ ad receptionem et occupationem eorūdem per magistrum et ordinem de anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo attemptatā specialiter adducto et expresso, Quod omnibus hominibus et mercatoribus cum quibuscunq̄ rebus cuiuscunq̄ generis pretij uel ualoris existunt proficiscentibus liberum sit uendere huiusmodi res seu merces, absq̄ impedimento et compulsa, & stare siue manere cum eis, aut eas in Ciuitate Nyeschouua locanda conseruare uel transire cum eis quo placebit siue per terram siue per fluuium

V Vifsla infra uel supra uel in Thoruni aut alia loca interris ordinis constituta.

Item incipiendo ab eo loco in quo prædicti limites per dominum Cazimirum Regem Poloniae & magistrum Prussiae factæ, et in eorundem literis expressi terminantur et desinunt, in procedendo ulterius usq̄ ad introitum fluminis notes siuæ Birzuuennig obseruabimus istum modum et ordinem. Quod si de prædictis limitibus poterint bonæ famæ tres homines pro parte nostra et Coronæ, et tres pro parte magistri & ordinis electi uisis utriusq̄ partis literis iuribus, possessionibus & alijs legitimis documentis concordare stabunt limites taliter concordati; ubi aut non possent electi illi homines bonis modis concordare; ex tunc sortes ab utraq̄ parte mittentur, quamcunq̄ autem partem fors contigerit sic emissa; pars reliqua quā fors ipsa non tetigit, debet sex personas quas placebit, de parte prædicta eligere, quæ personæ sic electæ postq̄ iuramento corporali limites inter partes prædictas sic de limitibus discrepantes firmauerint limites illi sic iuramento firmati pro signis et limitibus inter Regnū Poloniae et terras Nouæmarchie perpetue remanebunt, testes autem illius partis cui sortes aduenerint in processu limitum prædictorum Castra ciuitates partium prædictarum ex hac sortium accessione non attingent nec mouebunt; aut pro sua parte aliquo modo vendicabunt; sed partes superius expressæ castra, Ciuitates ab antiquo tentas, absq̄ impedimento sortiū obtinebūt, Ita tamen q̄ pons in fluuio Draua circa Ochtzeth

eum libero transitu perpetuo remanebit, Hoc addito  
q̄ si in partem magistri seu ordinis cesserit, & in eius  
structura negligentia comissa fuerit, licitum sit nobis,  
aut Capitaneis nostris huiusmodi pontem nouū con-  
struere, aut antiquum reformare quotiēs fuerit oportu-  
num. Et ne in posterū de huiusmodi personis sup̄  
præscriptis aliqua difficultas oriatur, Nos reuerendū  
in Christo patrem dominum Franciscum Episcopum  
VVarnieñ: & honorabiles & religiosum VVolff de  
Sansshenn commendatorem in Osterode & strenuū  
Ioannem de Baysen pro huiusmodi compositoribus  
& honorabilem & religiosum Conradum de Erlichshausen,  
Hermanum Reyssop Thoruneñ: Hainricum Foroth Daneñ:  
præsules cum supra scriptis Episcopo cōmendatore,  
& Ioanne pro testibus in casu quo fors magistrum  
et ordinem tetigerit duximus noiandos et eligendos,  
Qui ad faciendū præmissa cum nostris per magistrum  
et ordinem nominatis et electis cōuenient nostri in  
Bydgostia et pro parte ordinis in Schuuetze in crastino  
natiuitatis Mariæ, proxime uenturo, ab inde huiusmodi  
limites secuti præmittitur distinguendos ulterius  
processuri, postq̄ autem uentū fuerit per limites  
prædictos sic ut præmittitur distinctos iuramento  
quando limes ille fluuium Notes siue Byrtzuuennygk  
insiliet, ipse fluuius Byrtzuuennygk medius erit limes  
perpetuus inter regnū Poloniae & terram Nouæmarchiæ,  
et iterum ubi Birtzuuennygk cū Notes confluit medius  
fluuius Notes erit limes, Ita q̄ ordo & subditi eius  
ipsum flumen ascendendo di-

midium miliare ac uersus regnum dimidium miliare  
pro pascuis pecorum & pecudum quorumcunq̄ &  
pro receptione argille, calcis lapidum lignorum: tam  
pro igne quàm pro edifijs castri & oppidi liberum  
habeant usufructum & similiter homines & subditi  
regni et Coronæ Dominio & pprietate, apud nos &  
regnum nostrum remanētibus. Theoloneum autem  
aquatinum et terrestre cum ponte & ipsius structura  
secundum antiquam consuetudinem & absq̄ ampli-  
ori augmēto prædicti theolonei apud ordinem remane-  
būt, piscaturā etiam præfatus ordo solus liberam in  
eodem flumine Byrtzuuennygk seu Notes ascenden-  
do & descendendo ut præmittitur p̄ medium miliare  
à ponte qui ducit uersus Poloniam obtinebit: eo saluo  
quod uilla Trzebyescouu in suis limitibus piscandi li-  
beram habebit facultatem: hoc adiecto q̄ in eodem  
dimidio miliari ascendendo et descendendo fluuium  
Byrtzuuennygk, et etiam uersus regnum similiter per  
medium miliare aliquod fortalitium non erigatur.

Item postq̄ ventum fuerit ad limites per aquā ubi  
fluuius Byrtzuuennygk siue Notes taliter proceden-  
do inferius, ut supra dictum est, uersus Lansperg su-  
per differentia ibidem ex opposito prædicti oppidi cō-  
surgente pars utraq̄ uidelicet nos et magister ac ordo  
elegimus nobis pro iudice reuerendum in Christo pa-  
trem Dominū Christophorū Episcopum Lubuceñ:  
in quem partes ipse de alto et basso compromittent,  
Et ad festum Sanctæ Trinitatis proximū ibidem cir-  
ca Lansperg adducent, et productis coram eo iuribus

& probationibus legitimis in termino seu terminis competentibus ab utraq; parte laudum et pronuntiationem q̄ usus cōsilio sapientum super oībus differentijs inter regnum & oppidum prædictum Lansperg tulerit ambæ partes huiusmodi sententiam suscipere laudare, emologare & seruare, sub fidei puritate tenebuntur.

Volumus etiã et discernimus per præsentem, quòd theoloneum et depositum vulgariter Niderlege ibidem circa Landsperg & Costrzin in Nouamarchia, quæ dicitur de nouo imposita suspendant, nec à mercatoribus et incolis regni Poloniae exigantur, & recipiantur, sed dentur ad fideiussoriam cautionē tamdiu donec per iudicem præfatum cognoscetur, an sint noua uel antiqua. Quæ si noua comperta fuerint præfati fideiussores sint liberi perpetuo, si vero antiqua ad solutionem seu satisfactionem teneantur. Et si præfatum dominum Episcopum Lubuceñ; ante decisionem huiusmodi causę decedere contigerit; alter in locum eiusdem de communi consensu partium eligatur.

Item q̄ sub certo et determinato tempore nos Consiliarios nostros cum pleno mandato; et magister cum ordine suos similiter destinare debent ad firmandum et signandum limites inter terras Dobrinceñ; regni et Michalouuieñ; ordinis in qua limitatione nos et Coronam regni ipse magister; & ordo debent admittere ad limites ab antiquo tentos et obseruatos.

Item Dux VVladislaus Mazouia; & sui posterius duces debent circa literas quas habent à magistro &

ordine super limitibus remanere, & ubi limites in literis descripti non fuerint ad eosdem firmandos præfati duces suos Consiliarios destinare debent similiter et ordo. Quæ vero partium euidentiori testimonio uel alijs probationibus legitimis pbauerit suas fore Granities remaneat circa ipsas et in casu quo utraq; pars Granities et limites legitimis probationibus probare non posset, stabit in optione magistri, an velit iurare p̄ eisdem granitiesbus mettertius scilicet, duobus terrigenis sibi adiunctis; uel dominum Ducem admittere ad iuramentum pro eisdem etiam cum totidem personis. Cum duce autem Boleslao limites alias et prius facti, in quibus non est differentia renouentur.

Item illustris Princeps dominus Boguslaus Dux Stolpeñ; ab vna, magisterq; et ordo prædicti ab altera partibus; ad distinguendum et reformandum limites inter ducatum Stolpeñ; prædictum et terras ordinis in pomerania nuncios ex utraq; parte mittant in festo Ascensionis domini proxime nunc venturo; ubi dum venerit pars domini ducis; eliget duas vel tres personas de parte domini magistri & ordinis; et è conuerso dominus magister, & ordo duas aut tres personas similiter de parte ducis, quæ personæ, sic electæ, præstito corporali iuramento visis partium iuribus literis aut alijs legitimis documentis differentias huiusmodi si commode poterint per concordiam terminabunt, si uero non possent ex tunc eligent vnum vnanimi cōsensu p̄ iudice qui honorando Deum et iustitiam præ oculis questionem prædictam inter partes prædictas

iudicialiter quanto breuius poterit terminabit: Cuius  
decisioni partes beneuole obedient & parebunt.

Item terræ Samagittarum & Sudorum propter  
bonum pacis, debent apud nos et Regnum Poloniae  
ac Ducatum magnum Lithuauiae sub limitibus sub-  
scriptis permanere, perpetuo & in æuum.

Item à fine Limitum Ducum Mazouiae, incipien-  
do à flumine Lik à uado dicto Camyonnybrod quod  
iacet in superiori parte eiusdem fluminis Lik, altius  
quam isti Lacus, Greyuuo et Thotzla, & ab illo loco  
directe eundo per solitudinem vsq; ad lacum qui dici-  
tur Rogorth. Ita quod medietas eiusdem lacus rema-  
neat in terris domini Ducis Lituauiae, Et reliqua me-  
dietas in terris Ordinis. Et ab illo lacu directo tramite  
per desertum vsq; ad quandam Aream dictam Præ-  
uuoysti, & ab illa Area cōtinuando iter directum vsq;  
ad Aream dictam Cherunischki, Et à Cherunischki  
eundo directe vsq; ad Lacū qui uocatur Duuystitz.  
Ita tamen quod idem Lacus remaneat totus in parte  
Ordinis. Et ab eo Lacu quo directius iri potest, ad  
hortum seu summitatem fluminis dicti Lepuna, Eun-  
dem fluuium descendendo vsq; ad consummationem  
eius, ubi intrat in fluuium Syrouuintha, et ulterius de-  
scendendo eundem fluuium Syrouuintha vsq; ad cō-  
summationem eius ubi intrat in fluuium Sessuppa. Et  
ulterius directe procedendo per solitudinem vsq; ad  
ripam fluminis Memell, ex opposito fluminis dicti  
Suuantha, ubi idem fluuius Suuantha intrat fluuium  
Memel prædictum, Et hoc quo ad terram Sudorum,  
Eundem

Eundem fluuium Suuantha sursum ascendendo per  
duo Miliaria. Et ab illo loco, illum fluuium deserendo,  
transeundum est per solitudinē, quo directius iri po-  
test, vsq; ad fluuium Iura, Relinquendo fluuium Me-  
mel in sinistro latere, ubiq; per duo miliaria. Et dictū  
fluuium Iura ascendendo vnum miliare ab eo loco Iu-  
ra fluuius deserendus est, & transeat per solitudinē  
relinquendo fluuios Memel et Rusna, lacum qui dici-  
tur Hap, & castrum Memel in Samogithia, Clupedo  
appellatum, vndiq; à sinistro latere per tria miliaria,  
Et sic transeundum est ad littus maris Salsi, Et hæc sint  
granities terræ Samagittarum et Prussiae.

Inter Liuoniam vero, Samagithiam, Lituauiam et  
Russiam, limites sunt incipiendi à flumine dicto Hiel-  
gea, ubi dictus fluuius intrat mare, Eundem fluuium  
ascendendo sursum ad antiquos limites inter Samogit-  
thiam, Lithuauiam, Russiam ab vna, et Liuoniam ab  
altera partibus tentos et seruatos, Non tamen ad illos  
limites, qui signati sunt eo tempore, quando Ordo ter-  
ram Samagittarum tenuerat, Sed ad illos qui antiqui-  
tus inter terras prædictas sunt seruati.

Item terræ Pomeraniæ Culmen: & Michalouien:  
debent manere circa Ordinem, Debetq; sententia Iu-  
dicum Delegatorū de Carcere & c. Ordini aut in Ro-  
mana Curia Procuratori generali per procuratorem  
vel Procuratores nostros legitimos, si haberi pote-  
rint, ad cassandum et rumpendū et annullandum bo-  
na fide infra annum tradi et assignari, quam etiam vi-  
gore præsentis concordie annullamus et cassamus, Et

Ordo facta restitutione ad dandum recognitionem  
presentationis huiusmodi nobis bona fide sit astringi-  
ctus.

Item Subditi nostri & magni ducis, & terrarum  
nostrarum & Ducatum prædictorum vndecunq;  
& cuiuscunq; status vel conditionis fuerint, qui causa  
negotiationis vel alia, ad terras Prussiae, Liuoniae &  
alias venerint, per magistrum & Ordinem & subdi-  
tos eorum, ac extraneos, cuiuscunq; status gradus aut  
conditionis fuerint, minime impediri, conueniri de-  
bent vel arrestari. Sed in Polonia, Lithuauia, Masouia  
Russia seu terra Stolpensi, Si quid actionis habuerint,  
iuxta terrarum iura, municipalia, huiusmodi concerta-  
tiones sopiantur, Delinquens tamen in loco delicti de-  
prehensus & contrahens de contractu recenti, in lo-  
co contractus poterit conueniri, sed si de loco vbi con-  
traxit, recesserit, publice vel occulte coram Iudice suo  
conueniatur.

Item Rustici, Coloni, Tabernatores, Hortulani, &  
aliae similes personae terrarum Prussiae & Liuoniae,  
et Dominiorum ordinis qui dominis suis obligantur.  
Et sine satisfactione condigna iuxta consuetudinem  
earundem terrarum recesserunt. Et ad Regnum nos-  
trum Poloniae, Ducatum magnum Lithuauiae, Ma-  
zouiae & Stolpensis, ac terras Russiae publice vel oc-  
culte fugerunt, Capitanei, Iudices, Officiales & sub-  
diti nostri & ducum præfatorum Iurisdictionem pro-  
tempore exercentes, qui fuerint requisiti ad restitutio-  
nem eorum, cum rebus suis, & bonis omnibus eiusdem

dominis sine mora, difficultate et contradictione tene-  
antur. Idem Ordo per omnia in Rusticis, Colonis, ta-  
bernatoribus, hortulanis, et alijs similibus personis no-  
stris, & Ducatum prædictorum, ad dominia Ordinis  
fugientibus obseruet, Nec de cætero taliter acci-  
pentur aut seruentur fugientes.

Item si fures, incendarios, vel alios malefactores  
quoscunq; de dominijs Ordinis quibuscunq;, ad Re-  
gnum nostrum, Ducatus, & terras nostras prædictas  
fugere contigerit, Ex tunc terrigenae et quorum interest  
de terris, & dominijs Ordinis præfati licenter eosdem  
sine omni impedimento insequi libere vbiuncunq; pote-  
runt. Quibus etiam Capitanei, Tenuarii, Terrigenae,  
Iudices, Officiales, & subditi dominiorum nostrorum  
præfatorum, quicunq; super hoc fuerint requisiti, de-  
bent præstare auxilia, consilia & fauores, ut malefici  
huiusmodi capiantur, captique iuxta Iura municipalia  
Regni nostri, legitime puniantur. Et si capi non pote-  
rint in Regno & terris nostris sæpe dictis, per nos &  
subditos nostros & alios nullatenus sustineantur seu  
fouentur, teneaturq; vtraq; pars illis sine fraude et do-  
lo in suis dominijs, incolatum prohibere, aut in metis  
terrarum, quas huiusmodi tangit negotium exhibere  
de eis iustitiae complementum, De malefactoribus au-  
tem de Regno nostro & Ducatibus Lithuauiae, Ma-  
zouiae, Stolpensis, aut alijs dominijs nostris ad terras  
Prussiae confugientibus similis æquitas habeatur.

Item quod neutra partium debet aliquem vel ali-  
quos etiam subditos alterius partis in suis dominijs fo-

uere ac tollerare, Qui alterā partem, eius subditos, aut subditum diffidare velint, aut velit, ac diffidant, damna irrogant, seu infidelitatem cōmiserint, vel alias graues inferant molestias. Imo nec inimicis partis aduersæ adherere, passum eis per terras suas permittere in præiudicium et offensam alterius sine dolo & fraude quoquo modo.

Item omnia Priuilegia, inscriptiones, fœdera, obligationes & munimenta quęcunq; quę vel quas Magister & Ordo prædicti, super territorio Nyschouu villis, Murzjnouuo Orleuuo Neudorff, & Nauigio iuxta Torun, quę ad nos & ad Regnum nostrū prædictum vigore concordie prioris & præsentis sunt deuoluta, a quibuscunq; personis, Quacunq; præfulgeant dignitate, habent, Et præsertim Concordiam Thorunensem, duas sententias p̄ Sereniss. Principem & dñm, dñm Sigismundū Ro: & c. Regem, Budæ & VVratisslavię latas, & literas Originales quas Magister & Ordo præfati habent à diuę memorię progenitore nostro, & Duce magno Lithuanię, vel ab alijs personis quibuscunq; super terris Samagittarum Sudorum & Lithuanię nobis restituere debent, & restituta fatemur. Reliqua vero Priuilegia Ordinis prædicti, quacunq; auctoritate fulcita, ecclesiastica vel seculari in quantum derogare poterint huic Concordie, in toto vel in parte, & alijs omnibus præmissis punctis & articulis suis derogatorijs, sint nulla, cassa, & irrita, & pro talibus perpetuis temporibus habeantur.

Item omnes Captiui in hac Guerra et Treugarum

prorogationibus detenti, ab vtracq; parte sint liberi & soluti ipso facto, sine dolo & fraude, exceptis captiuis qui pendente Treuga vltima duodecim annorum, Inter Regnum Polonię, Magnum ducatū Lithuanię, & Magistrum et Ordinem Prussię firmata in Lithuania sunt detenti.

Item Nauigia circa Slotoriam, videlicet peditibus, equitibus, & cum leuibus curribus, et circa Soletz & Fordan, cum equis rebus quibuscunq; et curribus oneratis non debent prohiberi, sed pateant cuilibet perpetuē transeunti.

Item omnes profugi tã de Regno nostro Polonię, terris Lithuanię, Samagittarum, Mazouię, Russię, et Stolpen, quam de terris Ordinis prædicti quibuscunq;, libere possint et valeant redire ad propria. Et de bonis suis dimissis disponere pro libitu suę voluntatis.

Item omnia bona immobilia subditorū cuiuscunq; status, gradus aut conditionis fuerint, per nos aut partem nostram recepta & ablata, his qui degunt aut morantur in terris Ordinis prædicti, auctoritate præsentis concordie restituere uolumus et debemus eisdē integraliter & ex toto et simili modo omnibus incolis Regni nostri, et Ducatum prædictorū nobis subiectorum, cū effectu bona recepta & ablata magister et Ordo restituere teneantur.

Et si aliquis subditorum de terris aut dominijs nostris vellet ad terras Ordinis ratione incolatus se transferre, licite poterit, & libere recedere absq; quouis impedimēto aut arresto personę, Et bona sua vendere,

aut de eis disponere iuxta beneplacitum libere voluntatis. Pari modo volumus de bonis in terris Magistri & Ordinis ablatis seu occupatis obseruari.

Item omnes Coadiutores & adhærentes, qui in fauorem nostri & Regni nostri Polonię, Coadiutorum & Subditorum nostrorum, Magistrum & Ordinem Prussię diffidarunt, ab omni impetitione Magistri & Ordinis prædicti sunt liberi et soluti.

Item omnes Apostatę Ordinis prædicti in Regno nostro & terris Lithuanię, Samagitarum, Mazouię, Russię & Stolpeñ: & alijs dominijs Regni nostri & terrarum prædictarum cōmorantes, ne diutius in suis peccatis tollerentur de Regno nostro & dominijs nostris prædictis per nos & officiales nostros prædictos exire compellantur, & deinceps hij & alij in eisdem nullatenus foueantur.

Item quòd nullus Mercator, seu alius homo cuiuscunq; conditionis existat, aut bona ipsius propter delictum seu debitum alterius arrestetur, molestetur, vel turbetur, nec etiam captiuetur.

Item si vectores et Aurigę bona seu merces mercatorum p pretio ducentes Theolonea seu loca datiarū præterierint, ipsi duntaxat in rebus ppijs et equis suis puniantur. Et quod propria bona mercatorum non debent occupari nec detineri.

Item silua Babsko circa Fredelant, in districtu Naskliēñ. impignorata Ordini pro certa summa redimi poterit per impignorantem, vel per Regnum, soluta

summa Ordini, pro qua extat obligata. Et in literis de super confectis continetur.

Item datia siue exactio dicta Funthaouutzol super qua priscis temporibus et hætenus controuersia inter magistrum et Ordinem, ac mercatores terrarum Regni Polonię, Ducatus magni Lithuanię, et Ducatū prædictorum vertebatur & pendeat ex certis causis indecisa, Talem ponimus ordinem, quod mercatores regni, Ducatus magni & ducatum prædictorū præter alia quæcūq; grauamina et solutiones impostarum imponendas, quibuscūq; nominibus nuncupentur, respondeant Ordini de eadem duntaxat. Si quando contigerit ipsos cum bonis suis in nauibus ppijs nauigare ultra mare, Ita tamen, quòd si Ciuitates maritimę liberatę & absolutę via Iuris fuerint ab eadem, quòd ciues Mercatores & indigenę Regni & terrarum Polonię, Lithuanię, Mazouię, Russię, a solutione huiusmodi sint similiter liberi & exempti. Et omnia illa quæ ab eis a tempore quo præsens pax ppetua est firmata, ratione huiusmodi exactiois, sunt recepta, integraliter restituantur per ordinem prædictum mercatoribus Regni, Ducatus magni, & Ducatum prædictorum viceuersa, absq; recusatione et renitentia, qualicunq; interruptione, cōsuetudine, præscriptione non obstante.

Si vero per cōcordiam extincta fuerit ad restitutionem receptorum minime teneantur. Alię autē omnes & singulę exactioes, quibuscunq; nominibus vocentur, a Mercatoribus terrarū Regno Polonię, Du

catui magno Lithuaniæ, et Ducatibus prædictis subiectarum ut præfertur, Indigenis in terris Magistri et Ordinis subiectis, Et specialiter exactio quædam dicta Lobegald et Fyrken nullatenus de cætero exigantur. Nec nos Rex, Dux magnus Lithuaniæ, Duces Mazouïæ & Stolpeñ; Imponemus aliquod nouum Theoloneum, in grauamen & præiudicium subditorum duntaxat Ordinis prædicti, Et si quod nouum est impositum in terris nostris & ducatibus prædictis, à tempore cõcordiæ, circa Lacum Melno factæ, omnino deponatur Theoloneis & depositis antiquis semper saluis.

Item cum medietas Nauigij circa Thorn supradicti, cum medietate pecuniarum de ipso prouenientium, nobis vigore prius habitæ & præsentis concordiæ in perpetuum hæredibus et successoribus nostris debeat, de collectore pecuniarum, ex ipso sic inter nos existit conuentum ordinatum et conclusum. Quod is qui per nos et Successores nostros ad ea fuerit deputatus, conueniet cum Commendatore Thorunensi pro tempore existente vno anno in oppido Thorun. Et alio in Nieschouua, & sic semper vicibus alternatis collectorem huiusmodi singulis annis simul cõstituant, qui sub præstito iuramento pecunias, quas collegerit, diebus dominicis in manus vtriusque præsentet, æquali portione diuidendas, solutis pretijs famulorum et reparatione Nauium de cõmuni, Et si parti alteri ille collector pecuniarum non placuerit, Anno elapso, tam Capitaneus, siue ad ea deputatus, q̄ Cõmendator conuenienter,

tes,

tes, ut supra, alium eligant, quoties fuerit oportunum, Seruitia vero per famulos Nauigij prædictique Scharuuerck appellantur fieri consueta partibus prædictis similiter alternatis septimanis & paribus vicibus impendantur, Et tunc pars quælibet in sua septimana ipsis prouideat de expensis modo et forma sicut hactenus est eis prouisum.

Item si aliquis de terris Regni nostri Ducatus magni & Ducatum prædictorum, subditis Ordinis iniuriam intulerit, & super eo Capitaneus vel alius Officialis noster requisitus iustitiam non fecerit, Ex tunc pro negligentia huiusmodi ab officio est deponendus, Nisi de innocentia sua iuramento proprio et corporali se purgauerit, Similiter ex alia parte si, Cõmendator, uel Officialis Ordinis prænominati in reddenda iustitia, in præmissis negligens fuerit, pari modo destituetur. Et nihilominus Successor iustitiæ teneatur facere expeditam requirenti. Si vero is qui pro iustitia ratione delicti uel alius requiritur, simplex fuerit terrigena et iustitiam facere recusaret, aut negligeret, Ex tunc damna iustitiam requirenti per Capitaneum seu Commendatorem de bonis terrigenæ prædicti compensentur, & soluantur, nisi simili se purgauerit iuramento.

Item si per aliquem subditum, indigenam, uel aduenam alicuius nostrum casu et euentu inscriptioni seu paci huiusmodi perpetuè fuerit in aliquo derogatum, et contrauentum, vtpote Rapinæ, spolia, incendia, vastationes, prædæ, vel homicidia, aut aliqua maleficiorum genera, in terris et dominijs nostris alterutrum per-

D

petrata fuerint et commissa, Propterea pax prædicta  
cassari et irritari non debebit, sed in suo robore & fir-  
mitate permanebit, Nec propter hoc pars cuius sub-  
ditus malefictum huiusmodi comiserit, censebitur fore  
deierans seu periurans, prædicti autem delinquentes,  
& malefactores, pro ipsorum excessibus, per Capita-  
neos seu Offitiales vtriusq; nostrum iudicialiter puni-  
antur, Et ad satisfactionem plenam et debitam arcebu-  
ntur & compellentur.

Item ut Capitanei, Palatini, Commendatores, Offi-  
tiales seu Iudices partis vtriusq;, ad administrationem  
iustitiæ fortius inducantur, Et ne aliqua grauis displi-  
centia inter nos Regem, ducem magnū, & duces præ-  
dictos ex vna, magistrum & Ordinem & terras sibi  
subiectas prænominatas & subditos eorundem parte  
ex altera, in posterum valeat exoriri, singulis annis  
nos Rex præfatus, duos ex Commendatoribus viros  
boni testimonij & conscientie in festo Penthecostes,  
& similiter Magister & Ordo, duos Palatinos, aut  
alios paris conditionis in præfato festo de terris nostris  
prædictis eligent, Et sibi quāto otius poterint huius-  
modi electiones personarum scriptis insinuent, Quin  
festo sancti Michaelis cōuenientes anno vno in Nye-  
schouua, alio in Thorun, & tactis Sacrosanctis Euan-  
gelijs, fauore timore, et odio exclusis, de iusticia facien-  
da punient, iudices ac Offitiales in administratione  
iustitiæ remissos & negligentes, Et secundum iura  
Municipalia loci delicti partibus læsis facient, nihilo-  
minus iusticiam congruentem, vel partes secundum

æquitatem & bonam conscientiam component, & o-  
mnia facient, quæ pro cōseruatione huiusmodi iurata  
pacis perpetuè viderint expedire.

Pari modo inter Samogithiam & Prussiam vno  
Anno in VVeluna, & alio in Regnith.

Inter Lithuaniam & Liunioniam vno Anno in Hu-  
spole, & alio in Dymborg alias in Nouuyna.

Inter nouā Marchiam & maiorem Poloniam, vno  
anno in Synakouuo, alias Czyrck, aliò in Deressno.

Inter terras Dobrinensem & Prussiam vno anno  
in Ruppin & alio in Brodnitza.

Inter terras Mazouia Ducis VVladislai & Prus-  
siam vno anno in Dzoldouu et alia in Mlauua.

Inter VVissnam et Prussiam vno año in VVissna,  
et alio in Iannspurg.

Inter terras Ducis Bolkonis et Prussiam, vno año  
in Czethonouu, et alio in Nydborg per omnia volu-  
mus et decernimus obseruare.

Inter Ducatum Stolpensem & Prussiam vno anno  
in Stolp et alio anno in Bythauu.

Inter Nouam Marchiam & terram Stolpeñ. vno  
anno in Retz & alio in Suthan, nisi partes de alijs locis  
fuerint concordēs.

Item ne circa limites displicentiae seu controuersiae  
suscitari valeant, volumus limites de quinquennio in  
quinquennium, vbi opus fuerit, innouari.

Item liber sit transitus & via omnibus mercatori-  
bus ac incolis terrarum et Dominiorum Ordinis, cum  
suis Mercantijs, frumentis cuiuscunq; grani, Et rebus

quibuscunq; & cuiuscunq; conditionis vel maneriei existant, sine impedimento vel Angaria, per terras & maria, Aquas & flumina quecunq;, Ascendendo in et ad Regnum Poloniae, terras Lithuauiae, Samagitarum, Mazouiae et Russiae, Et descendendo per ipsum Regnum atq; terras praedictas, ac per ipsa flumina seu aquas vsq; ad maria, Et trans mare in nauibus paruis siue magnis, vacuis siue oneratis, imperpetuum quocunq; et quotiescunq; voluerint, absq; alio arresto vel impedimento cuiuscunq;, Et spetialiter oppidanoru in Thorun, Quas quide merces frumeta et res, ut prescriptum est, si praefati mercatores seu incole Ordinis ducentes vendere aut stare in aliquo locoru seu ciuitatu ad portum seu ripam praedictarum aquaru siue maris situatarum voluerint. Est et debet esse in ipsorum arbitrio et voluntate, Si vero vendere noluerint, possunt absq; omni impedimento ire seu ascendere uel descendere quo ijs placuerit, cu rebus praedictis ut superius est expressum Theoloneis et antiquis depositis, prout supra, saluis.

Item omnia damna, iniuriae, displicentiae, impensae & expensae, praelatis eorumq;, Ecclesijs et Capitulis ac Abbatibus, Prioribus, Couentibus, Monasterijs, personis ecclesiasticis, secularibus et alijs quibuscunq;, per nos, Subditos, Coadiutores, ac adhaerentes nostros in terris Prussiae & extra illata quomodolibet & facta in omnibus guerris praeteritis, & econtra per saepe dictu Magistrum & Ordinem, & exercitus ipsorum Praelatis in dominijs Regni nostri constitutis, sint sopita

auctoritate praesentium penitus et extincta, ita quod praetextu eorundem per Praelatos ipsos aut eoru aliquem, suis, aut ecclesiarum Capituloru Conuentuum siue Monasteriorum suorum nominibus Magistro et Ordini praedicto vel alijs supradictis, quaestio, causa, actio vel impetio de iure vel de facto nullo vnquam tempore moueatur.

Item Magister & Ordo praedicti tenebuntur nobis ratione concordiae praesentis dare & soluere Noem milia florenorum, cum quingentis Hungaricilibus, iusti et boni ponderis, aut eorum valorem, in moneta Prutenicali bona noua, medietatem in Dominica Letare, & aliam medietatem in Festo sancti Martini Episcopi in Thorun proxime affuturo, & pro rata cuiuslibet solutionis, literas quitatorias tenebuntur assignare.

Item circa iudices, iudicia, mercantias emendas vel vendendas, & circa victualia comparanda & Theolonea antiqua soluenda, Rationabilis consuetudo tempore bonae memoriae Vitouudi magni ducis Lithuauiae tenta in Lithuauia, Samogithia, et Russia incouesse seruetur, & quantum fieri poterit iuxta ritum Catholicorum in melius reformetur.

Item ne circa hanc concordiam perpetuam aliquid in posterum relinquatur, quod possit mentes et subditos partium praedictarum tam spirituales quam seculares, ad lites et odia quaecunq; prouocare in futurum causam Ecclesiae Vladislauiensis & ipsius Episcoporum sup demolitione domus Episcopalis ante op-

pidum Gdanfk in præteritis guerris per oppidanos Gdanenses attempatã, quę in Curia Romana & Constantiensis, et Basiliensis concilijs per annos plurimos pendebat indecisa, Duximus de consensu partium & venerabilis Capituli VVladislauieñ: per modũ concordie sopiendam, Ita videlicet, quod Magister & Ordo et oppidanis Gdanensibus, Reuerendo in Christo patri, Domino VVladislao Moderno Ecclesie VVladislauienti Episcopo Mille ducentos florenos Hungaricales, boni et iusti ponderis, pro media parte huiusmodi summæ in festo Carnis priuñ cum vno stamine Bruslieñ: boni operis in oppido Thorun, et pro alia parte media, in festo sancti Michaelis ibidem proxime affuturum, ratione demolitionis domus prædictæ, soluent & expedient, cum effectu, & absq; excusatione aliquali, Dominus vero Episcopus prædictus & Capitulum eius eosdem oppidanos Gdanenses & Ordinem ab impetitione sua debet dimittere absolutos, & causam huiusmodi extinguere, nunquã ipsis de cætero per se et successores suos intentandam, Quam ordinationem præfati dominus Episcopus & oppidani, publice & solenniter emologarunt, solutione facta, dominus Episcopus præfatus cum Capitulo suo super qualibet solutione quitabit sufficientibus literis Magistrum, Ordinem, & oppidanos antedictos.

Item Magister generalis & Ordo omnem exactã et extremam diligentiam facient, Quod magister Alemanię infra vnum Annum maius suum Sigillum huic Concordie perpetuę appendet. Quod si facere nollet,

Sed cum aliquo domino spirituali vel temporali ratione honorũ ab eodem domino obtentorum, Regi Regno Poloniae et ducatibus præmissis, aut eorum subditis bella moueret, ex tunc Magister Generalis Prussie, et Magister seu Preceptor Liuonie, et Fratres Ordinis per Prussiam et Liuoniam absq; dolo & fraude sub fide et honore, ac onere præstiti iuramenti, eidem Magistro Alemanie, Nec non illis dominis sub quibus consistunt, nec alijs quibuscunq; hominibus per se vel per alios publice vel occulte, directe vel indirecte, cum gentibus armorum, pecunijs, armis, aut alijs auxilijs quibuscunq;, consilio vel fauore, non debent, neq; possunt subuenire, aliquo excogitato ingenio vel colore, Quod si contrarium fecerit, et id legitimis documentis probatum fuerit, quod tunc Subditi eorum ab omnibus homagijs, iuramentis et subiectionibus liberi & soluti esse debent in hoc casu, donec ad obseruationem pacis perpetuę reuertentur.

Item nos VVladislaus Rex prædictus oppidum Arnsuuald, alias Thoschtzno, quod exercitus patris nostri bonę memorię domini VVladislai acquisiuit, et cuius possessionem hucusq; habuimus pacificam, Magistro & Ordini infra hunc & dominicam Letare proxime venturam cum Curijs, villis, & alijs omnibus coherentijs ad prædictum oppidũ spectantibus, restituere tenebimur, et debemus. Nobiles insuper de Nauauedel & Fekennburg cum oppidis, castris & omnibus bonis suis in Nouamarchia consistentibus; qui Patri nostro prædicto fidelitatem & Omagium.

exercitu nostro in Nouamarchia existente, præstiterant ad Magistrum & ordinem absoluti primo à nostris Omagns & iuramentis ratione bonorum prædictorum duntaxat nobis factis infra hinc & prædictū terminum dominicę Letare reuertant, Qualitercunq; autem ipsi nobiles et oppidum Arnswaldt ad possessionem Magistri & ordinis accesserint, siue de manibus nostris aut nostrorum, siue etiam alijs modis quibuscunq;, q; per hoc huic articulo satisfecisse censemur. Prouiso tamen, q; Magister & ordo eosdem fauorabiliter et benigne recipiant, & de vita et bonis assurent. Quemadmodū de huiusmodi securitate per Magistrum & ordinem in festo Purificationis Marię proximo, debet eisdem prouideri, et in Castro Rantzans huiusmodi literę assurationis præsentari.

Item Castrum Nieschouua cum districtu et medietate Nauigij, ut superius est expressum, Magister & Ordo infra hinc & dominicam Letare proximam ad manus Reuerendi in Christo patris, Domini VVladislai Episcopi VVladislauiensis nomine nostro, debeant tradere, restituere & assignare cum effectū.

Item ut hæc Concordia cum tanta maturitate concepta habundantiori cautela, valeat ab utraq; parte fortius & attentius custodiri, promittimus bona fide, attente & fideliter in verbo nostro Regio absq; dolo & fraude, corporali præstito iuramento, huiusmodi Concordiam, in omnibus ipsius articulis atq; punctis obseruare, Et ut propensiori vigilantia ipsius Capitula

la attendantur, decreuimus formam iuramenti sub verbis et tenore infra scriptis.

EGON. iuro q; hanc concordiam obseruabo, nec cōtraueniam ei facto, auxilio, vel fauore, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta, et q; omnes Reges successores nostri & hæredes infra annum Coronationis suę, seu suscepti regiminis, similiter magnus Dux Lithuanię modernus, ad requisitionem alterius partis per nuncios speciale madatū habentes, huiusmodi pacem perpetuam iuramentis firmare; & stabilire teneantur, Quoq; de decennio in decennium per Prælatos Duces, Palatinos, Commendatores, Terrigenas atq; Ciues, tam nostrarū quàm ordinis partium, Et prius non iuratos debet nouis iuramentis solidari.

Item pars contra partē metu animaduersionis præsentis, ad bella et prælia non consurget, Statuimus discernentes q; nostri Prælati, milites, nobiles. Ciues & tota communitas debeant et teneantur terrarum Magistri & ordinis Prælati, Baronibus, militibus nobilibus, Ciuibus et toti communitati, dare certas nostras literas et paces siue reuersales, ab ipsis, sub eadem forma recipere. Quas tam nos quàm præfatus Magister & Ordo, subditis utrisq; nostris dare promittimus & debemus, Ipsiq; subditi nostri subditis Magistri & ordinis, et econuerso, subditi ordinis subditis Regni nostri dare & præsentare tenebuntur, in domini

E

ca Lætare proximæ ventura, sub hijs vel similibus  
verbis.

Quod si nos, vel successores nostri stante huiusmo-  
di pace perpetua Magistro, aut terris Ordinis velle-  
mus aut conaremur huiusmodi guerras aut bella, non  
debent nobis subditi nostri consentire, nec in hoc obe-  
dire aut parere, quinimo erunt ab omnibus Omagijs  
nostris iuramentis & subiectionibus liberi & soluti,  
donec in hoc casu nos & successores nostri ad obser-  
uationem pacis perpetuæ reuertemur.

Item omnes Violationes Treugarum ac pacis ve-  
terum stipulationū & contractuum, si quæ inter par-  
tes prædictas in guerris præteritis accidissent vigore  
præsentis concordia annullamus & cassamus.

In cuius rei testimonium, sigillum nostrum quo ad  
præfens vtimur, cum infrascriptorum illustrium &  
præclarorum dominorum, fratrum nostrorum Cha-  
rissimorum magni Ducis Lithuauia. Prælatorū, Du-  
cum, Baronum, Militum, procerum & ciuitatum, si-  
gillis, est appensum.

Videlicet Sigismundi magni ducis Lithuauia præ-  
dicti, Semouithi, Cazimiri, Vladislai, Boleslai,  
Mazouia, Buguslai, Stolpensis, Michaelis præfati  
domini Sigismundi magni ducis nati, Ducum, Nec

non Reuerendissimorum et reuerendorum in Christo  
Patrum dominorū Alberti sanctæ Gnetzneñ: Eccle-  
siæ primatis, & Iohannis Leopolicensis Archiepisco-  
porum, Sbignei Cracouiensis, Stanislai Pornauiensis,  
Vladislai Vladislauieñ: Stanislai Ploceñ: Mat-  
thiæ VVilnensis, Iohannis Tholmeñ: Pauli Come-  
necensis & Andreae VVladimiriensis, Episcoporū,  
Andreę VVlodimirovitz, Chleb, Dogoldovvitz,  
Iurgij Semionobitz Russiæ ducum, ac magnificorum  
Nicolai de Michalovv Cracouiensis Castellani, Sane-  
dinvogij de Ostrog Boznauiensis, Petri de Pieschtov-  
vvascala Cracouieñs, Iohannis de Czissovy Sando-  
mitnensis, Martini de Kalinovva Siradiensis, Iohānis  
de Lichin Grestensis, Iarandi de Brudzevvo Iuni-  
uuladislauieñ: Ostick Castellani VVilneñ: Dolgerth  
VVilnensis, Lelusch Trocensis, Iohannis Maszick  
de Dambrovva Leopoliensis, Petri Odrovvansch  
Podolię, Stanislai Grath de Zirzensko plocensis, Ioh-  
annis Glovvatz de Lantzemitza Czirnensis, Pauli  
de Badzvovva Belczenis Palatinorum, Martini de  
Slavvsko Poznauieñ: Dabeslai de Senno Sandomi-  
riensis, Petri de Zirniki Calisieñ: Laurentij Zaram-  
ba Siradiensis, Petri de Bnin Gnetzneñ: Alberti Ma-  
liski Lanticiensis, Floriani de Corithnitza VVillicie-  
ensis, Domarachi de Cobilani Lublinensis, Nico-  
lai de VVarzinovv Brestensis, Christini de Kozes-  
glovvñ Sandecensis, Iohannis de Tantzin VVoie-  
nicensis, Przedbori de Conetzpele Rospergen

sis, Nicolai de VVirtzbitzsko Dobrinensis, Iohannis de Balitze Rodonnensis, Bartholij de Gostin Nakliensis, Martini de VVirtzischka Iunivvladislauiensis, Clementis VVantropka Strzeltze Bettensis, Vincentij de Schamotuli Medzirzecensis, Dobrogosti de Colno Cameneñ; Przedipelci de Copidlouuo Landensis, Przibislai Dzik Zarnouuiensis, VVarshij de Ostrouu Zauuichostenis, Pauli de Biskuupitze Malogostiensis, Alberti de Pakostz sezemensis, Matthiæ de Bielauui Vrzefniensis, Iohannis de Calinouua Santhocensis, Petri de Chelm Polanecensis, Nicolai de Lubstou Crusuuiensis, Stanislai de Starscheuuo Biechouuiensis, Iacobi Przekora Czechovviiensis, Przibislai Covvalensis, Nicolai Kelbassa Bidgostiensis, Iacushij de Strzygi Ripnensis, Paskonis de Goslavvitze Conariensis, Iohannis Vlanovvo Rogofznensis, Hritzkonis Kerdiiovvitz Leopoliensis, Nicolai de VVisznitze Premisliensis, Petri de Schmoltitze Sanocensis, Michaelis de Butzatz Haliciensis, Iohannis de Oleschnitza Marscalci, Andree de Lubino Thesaurarij Regni Polonie, Andree de Czechomitze Plocensis, VVigandi de Ostralancka Cziernensis, Dobrogosti de Novvidvvoe Marschouiensis, Pauli de Leschtzno Sochatzovviiensis, Ade de Zitzsko Gostinensis, Marcushij de Popiens, Rabensis, Nicolai Maldrzik de Starogrothis Belsensis Castellatorum, Petri de Piesthevvascala Cracouiensis, Petri Crodebag Poznauiensis, Andree de

Zelechovvo sandomiciensis, Dobrogastij de Sthamotullij Calisiensis, Thome Scheliga de Ionovvitze Siradiensis, Stanislai Bielaufki Lanticiensis, Andree Dionin Brestensis, Stanislai Iunivvladislauiensis, VVoltzkonis Rokuthovvitz Leopoliensis, Senkonis de Sennovv Præmissiensis, Czubilonis de Stoiantze Haliciensis, Ianushij Kerdeiovvitz Cameneceñ; Nicolai Grzimalka Sanocensis, & Stanislai Kanimir Chelmenensis, ac Petri de Campa Plocensis, Andree de Radzeiovvitze, Sohatzovviensis, Nicolai de Brzozevvo Gostinensis, Iohannis Chabascha de Zaluski Ravvensis, subcamerariorum, Marcushij de Brotzimovvitze Cracouiensis, Theoderici de Medzichod Poznauiensis, Iohannis Slanka de Labzovvo Sandomiriensis, Nicolai de Plechovvo Calisiensis, Czegothe de Moikou Siradieñ; Petri de Opporou Lanticieñ; VVaszkonis de Sluszevvo Brestensis, Nicolai de Coszeletz Iunivvladislauiensis, Derslai de VVifoke Lublinensis, Georgij de Lassotki Dobrinensis, Iohannis de VVinmitza Leopoliensis, Iacobi de Zackovvitze Haliciensis, Andree VVitzga Plocensis, Iohannis de Boglovvitze Czirnensis, Iohannis Regale de VVangrzinovvo VVischegrodeñ; Derslai de Pothsze Zakrotziniensis, Vexilliferorum, Pauli de Bogumilovvitze Cracouiensis, Abrahe de Dzbanschin Poznauiensis, Iohannis de Sprovva Sandomiriensis, Troiani de Lekno Calisiensis, Petri de VVidavva Siradiensis, Ade de Thur Lanticiensis, Andree de

Lubranietz Brestensis, Matthiæ Figa Iunivladislauiensis, Alexij de Ploniki Dobriniensis, Iohannis Lublinensis, Stanislai de Davvidavvo Leopoliensis, Petri de Grothovvitz Premislensis, Iohannis Cola de Dalevv Haliciensis, Stanislai de Strzegovvo Plocensis, Alberti de Chebdznio Cziriniensis, Silanij de VVinnitza VVischogrodēsis, Zemakonis de Smogorzevvo Czechonovvieniensis, Sassinij de Sczavvino Gostiniensis, Iacobi de Glovvo Rauenensis, Sassinij de Vrinovvo Belsensis, Iudicum, Iohannis Farureij Craconiensis, Bieniakonis de Bandlevvo Poznauiensis, Iohannis Povvala Sandomiriensis, Sigismundi de Margonino Calisiensis, Stephani de Opporovv Lanticiensis, Cristini de Cosczol Brestensis, Iohannis Roiovvski Iunivladislauiensis, Demetriij de Chodorovv Leopoliensis, Iohannis Msurovvski Premislensis, Dapiferorum Iamisiij de Cobilani Cracouiensis, Sambori de Malothovv Posnauiensis, Petri de Krzizanovvitze Sandomiriensis, Thomkonis de Mirtzin Siradiensis, Stanislai Starsthovvski Calisiensis, Iohannis Parzinczovvski Lanticiensis, Nicolai Bonievvski Brestensis, Petri Latzkovvski Iunivladislauiensis, Nicolai de Felsten Leopoliensis, Venatorum, Iacobi Cliza Pincerne Siradiensis, Petri Stona Potznauiensis, Bogussij de Cruthovvo Calisiensis, Andreae de Brzesze Brestensis, Iohannis de Simnavvoda Leopoliensis subiudicum, Nicolai de Brzesze Cracouiensis, Raphaelis de Goluthovvo

Poznauiensis, Iacobi de Baranov Sandomiriensis, Stanislai de Ostrorog Calisiensis, Nicolai Colutzski Iunivladislauiensis, Clementis de Backciztze Lanticiensis, Nicolai de Scharlei Brestensis subdapiferorum, Iacobi Lublinensis, Keltzonis Siradiensis, Iohannis de Lassothki Dobriniensis, Iacobi de Malitze Tribunorum, Stanislai Liganszitz, Spithonis de Melsten, Petri de Curovv, Nicolai de Crolikovvo Przedpelconis de Cosmin, Milai de Miloslau, Iamissi de Tholischcovv, Nicolai de Grandi, Petri de Zavvadi, Msczni de Bartzovv, Iacussij de VVroniavvi, Iohannis de Zithlino, Nicolai de Slessino, Vincentij de Pnievva, Thomkonis de Sobotha, Raphaelis de Tarnovv, Iohannis de Piltza, Scarpkonis de Gori, Muszilonis de Butzatz, Nicolai Miethovvski, Iacussij de VVinari, Petri Thulcovvski, & Iacobi de Czirniovvo nobilium & procerum Cracouiensis, Potznauiensis, Calisiensis, Leopoliensis, Plocensis, VVarischovvieniensis, Stolpensis, & Stargarthenensis Ciuitatum.

Postquam autem Deo fauente annos discretionis  
attigerimus, promittimus et spondemus Iuramentum  
præstare, renouare & appendere, seu appendi facere  
præsentibus sigillum nostræ Maiestatis, Actum in  
Brzeszcze VVladislauensis Diocesis, sabbatho die in  
vigilia Circumcisionis domini anno eiusdem millesi-  
mo quadringentesimo tricesimo sexto. Datum per  
manus magnifici et venerabilis Iohannis de Co-  
nietzpole Cancellarij, & Vincentij Koth  
de dambno Custodis Gnetznensis,  
& Cantoris Cracouiensis Eccle-  
siarum; vice Cancellarij; Re-  
gni Poloniae sincere  
nobis dilecto-

rum.

QVIETANTIA

# QVIETANTIA

PRIMA.



Os VVladislaus Dei gratia Rex Polo-  
nie, Lithuauiaëq; Princeps et heres Rus-  
siae &c. Recognoscimus tenore presentium  
quibus expedit: vniuersis presentibus  
& futuris, nos quatuor milia florenorum  
Hungaricalium cum septingentis & quinquaginta in  
valore prutennicalis monetae nouae; bonae; à venera-  
bili et magnifico viro fratre Paulo de Rusdorff, ordi-  
nis beatae Mariae Theutonicorum Magistri genera-  
lis per manus fidelium nobis sincere dilectorum, videli-  
cet magnifici Barandi de Grabie Palatini Iunivvladis-  
lauensis, & magnifici Nicolai de VVarzimovvo Cas-  
tellani. Birstensis, nec non Nicolai de Ertzobotze sub-  
dapiferi Birstensis et circumspetti VVietziynk Ciuis  
Cracouiensis, quibus in hoc nostrum plenum contulis-  
mus mandatum feria quarta ipso die beati Petri Apo-  
stoli ad uincula, de manibus honorabilium & religio-  
forum uirorum eiusdem ordinis, videlicet Tamme de  
Spanheim magni Commendatoris, Conradi de Er-  
lingshausen marscalci supremi, Henrici de Plauen hos-  
pitalarij supremi et in Elbing, Henrici Marschalck in  
Reden Cōmendatoris, Nicolai de Geildorff Magi-  
stri monetarum, ac circumspectorum uirorum procons-  
sulum & consulum Thorunensis, videlicet Iohannis

F

vxor Hermanni Reuson, Arnoldi Mensing, Petri Holtzt, Nicolai Czehenmarck prædicti domini Magistri, et ordinis in hac causa Commissariorum in Thorn percepisse & leuasse cum effectu de summa nouem milium florenorum Hungaricalium & quingentorum, ad quàm videlicet summam præfatus Dominus Magister et Ordo suis uigore concordie perpetue pacis de eodem Anno domini ut supra, in oppido nostro Brest, VVladislauensis diocesis, in uigilia Circumcisionis domini, inter nos, Regnum nostrum: & terras ex una, ac præfatum dominum Magistrum generalem, suumque ordinem & terras partibus ex altera, per Consiliarios utriusque nostrum, factæ & celebratæ, ac iuramentis corporalibus ab utraque parte firmatæ, nobis extitit obligatus, de quibus quidem quatuor milibus florenorum Hungaricalium, cum septingentis & quinquaginta: sæpe dictum dominum Magistrum, & suum ordinem absoluimus, dimittimus & quitamus, perpetuisque temporibus dolo & fraude quibuslibet cessantibus quittos & absolutos pronunciamus tenore præsentium median: promittentes in verbo nostro Regio, quod nec nos, nec successores nostri, eundem dominum Magistrum, & suum Ordinem occasione, huiusmodi summe, Videlicet quatuor milium florenorum Hungaricalium cum septingentis & quinquaginta: unquam futuris temporibus perpetuis impetemus, nec exigere debemus quouismodo ab eisdem, Nichilominus tamen dominus Magister & ordo præ-

dicti, quatuor milia florenorum Hungaricalium cum septingentis et quinquaginta, vel valorum eorundem, in bona moneta prutenicali noua, ad festum sancti Martini Confessoris proxime venturi tenebuntur nobis soluere & cum effectu, in cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est sub appensum. Datum in Thorn feria quarta, ipsa die beati Petri ad Vincula Apostoli gloriosi. Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto.

## QUIETANTIA S E C V N D A.

**N**os VVladislaus dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Cracouiae, Sandomiriae, Siradiae, Lantzitziae, Cuiuiae, Lithuauiaeque princeps supremus, Pomeraniae, Russiaeque dominus & hæres. Recognoscimus tenore præsentium quibus expedit vniuersis præsentibus & futuris nos reliquam medietatem, videlicet quatuor millia florenorum cum septingentis & quinquaginta, partim in auro Hungaricali, & partim in moneta prutenicali, bona noua, a venerabili & magnifico domino fratre Paulo de Rusdorff, ordinis beatæ Mariæ Theutonicorum Magistro generali, suo & nomine ordinis sui, per manus fidelium sincere nobis dilectorum scilicet

Iordani de Gmbia palatini Iunivvladislaiensis, Nicolai de VVartzimovvo Castellani præstensis, & Nicolai de Ezinborzæ subdapiferi brestensis & Capitanei Iunivvladislaiensis, quos in hoc nostro pleno fulciimus mandato, Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, Sabbatho proximo post festum beatę Lucię uirginis de manibus honorabilium et religiosorum uirorum eiusdem ordinis, uidelicet Iohannis de Trachenovv Cōmendatoris in Grudentz, Nicolai de Gilsdorff Magistri monetæ in Thorn, ac circumsectorum uirorum proconsulū & consulum secundū patrię consuetudinem Ciuitatis Thorn, prædicti domini Magistri, & sui ordinis in hac causa Cōmissariorū in prædicta Ciuitate Thorn habuisse, percipisse & leuasse cum effectu, de summa nouem milium florenorum & quingentorum Hungaricalium, in qua dominus Magister & Ordo suus uigore concordie pacis perpetuę de eodē anno domini ut supra in Ciuitate nostra Bretsch; in uigilia Circumcisionis domini inter nos, Regnum, subditos & adhærentes nostros ab una, & præfatum dominum Magistram generalem, ordinem terras, & adhærentes suos partibus ex altera, per consiliarios utrorumq; nostrum factæ & celebratæ, ac iuramentis corporalibus firmatæ nobis extitit obligatus, De qua quidem medietate residua, uidelicet quatuor milium florenorum, cum septingentis & quinquaginta Hungaricalium, sepdictū dominum Magistram et suum ordinem absoluiimus,

dimittimus, & quittamus, perpetuis, temporibus, omnibus occasionibus aut adinventionibus contra præsentem literam facere uolentibus remotis, quittos & absolutos fatemur tenore præsentium mediante, protestando quod non stetit per Magistram ac suum ordinem, quin ipso die sancti Martini Confessoris dicta pecunia fuisset nobis integre soluta, sed per nos promittentes in uerbo nostro Regio, quod nec nos, nec successores nostri eundem dominum Magistram & suum ordinem occasione huiusmodi summe, uidelicet quatuor milium florenorū, cum septingentis & quinquaginta, Hungaricalium, unquam perpetuis futuris temporibus impetemus, neq; exigere debebimus quous modo ab eisdem, in cuius rei testimonium sigillum nostrū præsentibus est appensum,  
Actum & Datum in Thorn, sabbatho post Lucię uirginis & Martiris. Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto.